UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

N. I. II. III. IV. Derselben Aufsätze Formalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52461

Visual Library

1648. Mart, Tandem Cæſarea Majeſtas de conſenſu Statuum Imperii promittit, Militiæ Suedicæ ante ejus exauctorationem ejusmodi ſatisfactionem ab Imperio, absque onere Regni Sueciæ, præſtitum iri, prout cum eadem ex æquo & bono peculiariter conveniri poterit. 1648. Mart.

Viciſſim Sereniſſima Regina & futuri Reges Regnumque Sueciæ dicta Feuda omnia & ſingula à Cæſarea Majeſtate & Imperio recognoſcant: eoque nomine, quoties caſus evenerit, Inveſtiturarum renovationes decenter petant, Juramentum fidelitatis eique annexa, ſicut Anteceſſores ſimilesque Imperii Vaſalli, præſtando.

De cætero Ordinibus & Subditis dictarum Ditionum locorumque, nominatim Stralſundenſibus, competentem eorum libertatem, bona, Jura & Privilegia, communia & peculiaria, legitime acquiſita vel longo uſu obtenta, cum libero Evangelicæ Religionis Exercitio juxta invariatam Auguſtanam Confeſſionem perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præſtationem, more ſolito confirmabunt. Interque eos Civitatibus Hanſeaticis, eam navigationis & commerciorum libertatem, tam in exteris Regnis Rebuspublicis & Provinciis, quam in Imperio, integram conſervabunt, quam ibi ad præſens usque bellum habuerunt.

Acta & conventa ſunt hæc Osnabrugis, die $\frac{18}{8}$. Martii, Ao. 1648.

| | |
|---|---|
| *Johann Crane.* | *J. A. Salvius.* |
| N. Georg Reigersberger. | W. C. von Thumshirn. |
| (L.S.) | (L.S.) |
| *Egon Gaill.* | *Guſtav Horn.* |

## §. XXV.

Chur-Sächſiſche Proteſtation wegen des Amts Egeln und der Inſul Wollin.

Ertz-Biſchöff-lich-Magdeburgiſche Reſervation über die Stadt Magdeburg.

Obgleich wegen des Amt Egeln, wie im vorigen §. XXIII. gemeldet, von Sächſiſcher Seiten einige Erinnerungen bereits geſchehen waren; So blieb es jedoch dabey alleine nicht, ſondern der Chur-Sächſiſche Geſandte, übergab im Nahmen des Churfürſten von Sachſen, die ſub N. I. und II. hier beygefügte Proteſtation und Reſervation wegen des Amts Egeln und der Inſul Wollin: ſodann im Nahmen des Ertz-Biſchoffs zu Magdeburg, eine Reſervation ſeiner über die Stadt Magdeburg habenden Jurium, ſub N. III. wogegen aber, Chur-Brandenburg, ſogleich am 30ten ejusd. die Reproteſtation ſub N. IV. wegen des Amts Egeln, exhibiren ließ.

Chur-Brandenburgiſche Reproteſtation wegen Egeln.

### N. I.

### Chur-Sächſiſche *Proteſtation*, das Amt Egeln betreffend.

N. I. Chur-Sächſiſche Proteſtation wegen Egeln.

Sacræ Cæſareæ & Regiæ Sueciæ Majeſtatis Majeſtatis Illuſtriſſimis & Excellentiſſimis Dominis Legatis Plenipotentiariis, paucas ante ſeptimanas Electoralis Saxonicus Legatus exhibito quodam ſcripto oſtendit, quod Electoratui Saxonico Jus Directi Dominii in Præfectura Eglen à tribus ſeculis competat, & quod Sereniſſimi Domini Principes Electores Saxoniæ à primo, ſub quo feudum iſtud cæperit, usque ad præſentem Sereniſſimi Domini Principis Electoris Saxoniæ Domini ſui clementiſſimi Celſitudinem, Dominos Comi-

1648. Mart. Comites à Barby & ipſorum Anteceſſores Dominos à Hattmarsleben continuata progreſſione feudali, iſto beneficio inveſtiverint; nec Archi-Epiſcopatui Magdeburgico unquam plus juris in eo conceſſerint, quam ex oppignoratione Utilis Dominii quondam per Dominos Comites à Hattmarsleben facta, & per Dominos Comites à Barby & Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum in Camera Imperiali enata ſit Actio Pignoratitia, quæ nunc ad finem perducta, illud tamen nihil quicquam præjudicii Sereniſſimæ Electorali ipſius Celſitudini in jure ſuo quæſito creaverit, ſed iſtud ſartum tectumque reliquerit. Quæ cum ita ſint, Electoralis Saxoniæ Legatus virtute Mandati ſui inſtitit, ut in translatione iſtius Præfecturæ Egeln, quæ una cum aliis Imperii Provinciis in Sereniſſimi Domini Electoris Brandenburgici Celſitudinem, æquipollentis loco propter ceſſionem Pomeraniæ Citerioris & Rugiæ facienda, Jus Directi Dominii Electorali Domui Saxoniæ reſervaretur. 1648. Mart.

Cum autem ea compoſitione puncti Æquipollentium 19/9 die Martii præſentis menſis, nomine Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum, per Excellentiſſimos & Nobiliſſimos Dominos Legatos, Moguntinum & Saxonicum Lineæ Altenburgenſis, ſubſcriptione munita, Electoralis Saxonici Legati poſtulata ſicco pede ſunt præterita, ideoque ſuarum partium eſſe duxit, illa huc repetere & Electorali Domui Saxonicæ Jus ſuum à prædicta translatione ſalvum & illibatum aſſerere. Quod dum optimo quo fieri poteſt modo, per haſce literas præſtat, & Jus ſuum Electorali Domui Saxonicæ per expreſſum ſolenniſſime reſervat, majorem in modum petit, ut aſſertio hæc Actis inſinuetur & in Archiva publica reponatur. Actum Osnabrugis d. 21. Martii 1648.

Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ
ad Tractatus Pacis Univerſalis Legatus.

## N. II.

### Chur-Sächſiſche *Proteſtation*, wegen deß an die Inſul Wollin habenden Anſpruchs.

N. II. Chur-Sächſiſche Proteſtation wegen der Prætenſion an die Inſul Wollin.

Cum expeditum ſit, in quibusvis Conventionibus jus tertii adeo præſervatum cenſeri, ut id reducatur ad terminos Juris Communis, ubi de præjudicio tertii agitur, et rem quamcunque tranſire cum ſua cauſa & onere: ideoque dubitandum non eſt, quin Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Regiæ Sueciæ Majeſtatis, ut & Sacri Rom. Imperii Electorum, Principum ac Statuum, Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi & Præſtantiſſimi Domini Legati Plenipotentiarii, in Conventione die 18/8. Martii præſentis menſis de Satisfactione Coronæ Sueciæ inita, idem obſervari debere velint. Quapropter cum in ea Satisfactione etiam comprehenſa ſit Inſula Wollin, quam Sereniſſimo Domino Electori Saxoniæ, Domino ſuo Clementiſſimo, Dominus Franciſcus Dux Pomeraniæ, qui inter iſtos Principes, prædictæ Inſulæ Poſſeſſores, fere ultimus fatis conceſſit, & Electoralis Suæ Celſitudinis Dominam Sororem in matrimonio habuit, pro illata dote, & aliis mobilibus Hypothecæ nexu devinxit, & hac cauſa Electorali Saxonico Legato perſuaſiſſimum quidem eſt, Regiam Sueciæ Coronam Inſulam iſtam hypothecæ nexu quoque liberaturam & Prætenſionibus legitimis Electoralis Suæ Celſitudinis ſatisfacturam eſſe. Ne tamen idem Legatus, dum Conventioni publicæ præſens eſt, Jus Domini Electoris Saxoniæ tacendo remittere videatur, vigore Mandati ſui, per haſce literas ſententiam ſuam expreſſiſſime declarat, quod in translationem Inſulæ Wollin in Regiam Coronam Sueciæ faciendam aliter non conſentiat, quam ut illa Translatio

 fiat

1648. Mart. fiat cum onere Hypothecæ, & ut Jura Sereniſſimi ſui Principalis ſalva remaneant. Ut autem de Reſervatione hac publicè conſtet, Sacræ Cæſareæ & Regiæ Sueciæ Majeſtatis Majeſtatis, ut & Sacri Romani Imperii Electorum, Principum ac Statuum Illuſtriſſimos, Excellentiſſimos Præſtantiſſimos Dominos Legatos Plenipotentiarios majorem in modum rogat, ut illam Actis inſerere & in Archiva publica recipere velint. Actum Osnabrugis, die 21. Martii 1648. 1648. Mart.

Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ad Tractatus Pacis Univerſalis Legatus.

## N. III.

### Ertz-Biſchöffliche Magdeburgiſche *Proteſtatio* und *Reſervatio Jurium*, über die Stadt Magdeburg.

N. III. Ertz-Biſchöfflich-Magdeburgiſche Proteſtation und Reſervation wegen der Stadt Magdeburg.

Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Adminiſtratoris Primatus ac Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis, Mandatarii opinioni certæ innititur, quod jura illa, quæ Reverendiſſimæ & Illuſtriſſimæ ipſius Celſitudini, & jam dicto Primatui & Archi-Epiſcopatui in Civitatem Magdeburgenſem competunt, ſi illud neceſſitas & utilitas publica non urgeant & flagitent, auferre ipſius Celſitudini & Archi-Epiſcopatui non poſſunt. Quod autem Jura omnia Domini Adminiſtratoris Celſitudini & Archi-Epiſcopatui in Civitatem Magdeburgenſem competant, quæ in reliquas ſuas Civitates Provinciales & ſubditas exerceant, ipſa Civitas inficias ire non poteſt, & demonſtrat illud ipſum immemorialis temporis uſus.

Quæ cum ita ſint, ipſius Celſitudinis Mandatarius promiſſionem, quæ in Projecto Æquipollentium die $\frac{9}{19}$. Martii præſentis Menſis, nomine Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum, per Excellentiſſimos & Nobiliſſimos Dominos Legatos, Moguntinum & Saxonicum Lineæ Altenburgicæ, ſubſcriptione confirmato, Civitati Magdeburgenſi facta, quod videlicet ipſi priſtina ſua libertas, & Privilegium Ottonis Primi (quæ quod unquam habuerit, docere non valet) a Cæſarea Majeſtate, ut & Privilegium muniendi & fortificandi, cum omnimoda Jurisdictione & proprietate ad quadrantem milliaris Germanici renovari, & ſic Domini Adminiſtratoris Celſitudini & Archi-Epiſcopatui facultas reædificandi ſuburbia amputari debeant, hoc pacto & hac conditione accipiendam eſſe putat, quod tunc demum promiſſio illa ad effectum perducenda, & Civitati Privilegia certa indulgenda ſint, quando publica neceſſitas hoc ſuadet, & Pax in Sacro Imperio Romano aliter impetrari non queat. Quod autem talis neceſſitas non appareat, & quod divina accedente gratia Pax in Sacro Imperio Romano optime conſtitui poſſit, quamvis Civitas Magdeburgenſis Privilegiis ejusmodi, in præjudicium tertii maximum, non afficiatur, id luce meridiana clarius conſtat. Quapropter Sacræ Cæſareæ & Regiæ Sueciæ Majeſtatis Majeſtatis, ut & Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum Illuſtriſſimos, Excellentiſſimos, Præſtantiſſimos Dominos Legatos Plenipotentiarios, Domini Adminiſtratoris Celſitudinis Mandatarius maximo rogat opere, ut efficere velint, quod Domini Adminiſtratoris Celſitudini & Primatui Archi-Epiſcopatui Jura ſua adverſus Civitatem Magdeburgenſem ſalva & integra maneant. Huic petitioni locum datum iri, ſæpe dictus Mandatarius certo ſibi pollicetur, & in omnem eventum virtute Mandati ſui optimo quo poteſt modo, Jura iſta omnia & ſingula Domini Adminiſtratoris Celſitudini & Ar-

1648. Mart. Archi-Epiſcopatui reſervat, contra alienationem & translationem ſolenniſſime proteſtando. Actum Osnabrugis, die 21. Martii 1648. 1648. Mart.

Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ad Tractatus Pacis Univerſalis Legatus, & in cauſa præcedente Mandatarius.

## N. IV.

### Chur-Brandenburgiſche *Reproteſtation* gegen die Chur-Sächſiſche *Proteſtation*, die *Præfectur* Egeln betreffend.

N. IV. Chur-Brandenburgiſche Reproteſtation wegen Egeln.

Splendidiſſimo huic Conventui ad Pacem faciendam deſtinato ex iis, quæ hactenus inter Cæſaream, Regiam Suecicam, & Electoralem Brandenburgicam Legationes, ratione Æquivalentis pro Sereniſſimo Domino Electore Brandenburgico acta ſunt, notum atque perſpectum eſt, inter alia dicti Æquivalentis capita etiam de eo conventum eſſe, ut loco quatuor Præfecturarum Querfurth, Jüterbock, Dam & Burck, quæ ad Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem indubitabili jure ſemper pertinuerunt, nunc vero in Sereniſſimum Dominum Electorem Saxoniæ collatæ ſunt, una Præfectura Eglen dictæ Suæ Serenitati Electorali Brandenburgicæ cum omni Jure & absque ulla reſervatione ita cedat, ut eandem æque ut totum Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem, à nemine alio niſi ab Imperatore & Imperio in Feudum recognoſcat.

Unde Legatio Electoralis Brandenburgica aliter exiſtimare non poterat, quam hac de re amplius nihil motum, ſed cuncta eo loco, quo ſemel, ita poſtulante ſumma rei æquitate, conſtituta erant, relictum iri: Præſertim cum modo dicta Sua Serenitas Electoralis Brandenburgica ceſſioni nominatarum quatuor Præfecturarum aliter non conſenſerit, niſi quatenus aut Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ & omnes quicunque alii, prætenſis Juribus ſuis in Præfecturam Eglen in perpetuum abſtineat, eademque pleniſſimo Jure, citra omnem controverſiam, litem & reſervationem apud Dominum Electorem Brandenburgicum quiete & firmiter permaneat, aut Serenitati Suæ Electorali Brandenburgicæ, tanquam futuro Duci Magdeburgenſi Jus Directi Dominii in ſupradictas quatuor Præfecturas, Querfurth, Jüterbock, Dam & Borck, quod ſine ulla controverſia ad Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem ſemper ſpectavit, quoque ſalvum & illibatum maneat, adeoque hoc negotium per Illuſtriſſimos, Excellentiſſimos & Nobiliſſimos Dominos Cæſaræos, Regios Suecios, & Sacri Romani Imperii Electorum Principum atque Statuum Legatos reſpective transactum, determinatum & ſolenni ſubſcriptione munitum ſit, & hactenus publica fide nitatur. Cum tamen ſæpe dicta Legatio Electoralis Brandenburgica ex ſcripto quodam à Domino Legato Electorali Saxonico confecto, atque 25. curr. Menſis Martii per publicam Dictaturam Statibus Imperii communicato intellexerit, dictum Dominum Legatum Electoralem Saxonicum Jus quoddam Directi Dominii in ſupra ſcriptam Præfecturam Eglen, tanquam Sereniſſimæ Domui Electorali Saxoniæ competens, aſſerere, atque ſalvum & illibatum reſervare voluiſſe, adducta nonnulla ratione, quæ huic negotio aliquod coloris addere videri poterat; Non potuit Legatio Brandenburgica, quin ſupradicto ſcripto, loco proteſtationis & reſervationis edito, neceſſariam hanc Reproteſtationem opponeret, eaque mediante partim in reſervationem prætenſi Juris Directi Dominii in Præfecturam Eglen pro Sereniſſima Domo Electorali Saxonica,

ſe

1648. Mart. ſe nomine Sereniſſimi Domini Electoris Brandenburgici Domini ſui Clementiſſimi, nullatenus conſentire declararet: Partim etiam in omnem eventum Jus quoque Directi Dominii in ſæpe memoratas quatuor Præfecturas Sereniſſimo Domino Electori Brandenburgico per expreſſum atque omni ſolenniori modo reſervaret, & ſalvum ac illibatum aſſereret. Quod & hoc ſcripto quam decentiſſime præſtare, & ſimul à ſupradictis Dominis Cæſareis, Regiis, nec non Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & cæterorum Statuum Legatis enixa opera contendere & petere debuit ac voluit, ut hæc Reproteſtatio & Reſervatio Actis publicis inſinuetur, & in Archiva reponatur; Cumprimis autem, ut omnia in eo ſtatu, in quo ratione Præfecturæ Eglen ex ratione (ut ſupradictum eſt) ſummæ æquitatis conſtituta ſunt, firmiſſime permaneant, atque omnis materia & occaſio contentionum ſuper hac re inter ambas Sereniſſimas & Celſiſſimas Domus Electorales, Saxonicam & Brandenburgicam, penitus præcidatur. Signatum Osnabrugis 30. die Menſis Martii 1648. 1648. Mart.

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici ad Tractatus Pacis Univerſalis deſtinata Legatio.

## §. XXVI.

Beſtärckung der bisherigen Geſchichte durch fernern Beweiß.

Zu deſto mehrer Beſtärck- und Erläuterung ſowohl deß, in dem gegenwärtigen Buch, angeführten, als auch deſſen, was ſogleich in dem folgenden erzehlt werden ſoll, wird nicht undienlich ſeyn, die ſub N. I. II. & III. hier nachgeſetzte Relationes zu bemercken.

### N. I.

Relatio, d. d. Oßnabrück, den 9. Mart. 1648.

N. I. Relation vom 9. Mart.

Ob ich wohl in Hoffnung geſtanden, daß es bey deme mit meinem jüngſten Schreiben überſchickten Project, die Autonomiam generalem & ſpecialem betreffend, ſein unverändert Bewenden haben würde: So ſeynd doch noch unterſchiedliche ſchwere Differentien ins Mittel kommen, darüber Freytags, Sonnabends, Montags und Mittwochs, den 3, 4, 6. und 8. dieſes, die vier Conferentien, welche doch faſt alle von 9. Uhren zu frühe, bis 3. Nachmittag gewähret, mit hefftigen Diſputationibus, ex utraque parte erfolgten Contradictionibus, zugebracht, und erſt geſtrigen Tags, durch Verleihung Göttlicher Gnaden, mitkommender Auffſatz mit allerſeitigem Conſens beliebet, in mundum gebracht, und ordentlich, wie auch pari paſſu der Schwediſche Satisfactions-Punct, zugleich mit unterſchrieben worden; und ſollen morgenden Tags, geliebt es GOtt, nicht minder die Brandenburg- und Braunſchweigiſchen Æquivalentien, und was ratione der Chur-Dignität und Pfältziſchen Landen mit Ihrer Churfürſtlichen Durchlaucht zu Bayern verglichen, ebenfalls in 4. Exemplarien, deren eines die Herren Kayſerliche, das andere die Herren Schwediſche, das dritte Chur-Mayntz, und das letzte Altenburg zu ſich nehmen ſollen, ſubſcribiret werden.

Die vornehmſte Difficultäten ſeynd darinnen beſtanden, daß erſtlich Chur-Mayntz anderſt nicht, als mit einer beygeſetzten Proteſtation und Reſervation wegen gewiſſer mit der Stadt Erffurt ehedeſſen getroffener Pactorum, unterſchreiben, ſolches aber die Evangeliſche wegen beſorgter ſchädlichen Conſequenz keineswegs geſtatten wollen: Dahero dann jene in dero Vorhaben im Ende ſo ferne gewichen, daß